Valla, Lorenzo: Elegantiarium lingue Latine libri sex, 15. Jh.

sed magis quod a magnum positum comparativum esse. Vel hinc
palam est quod omnes sic loquimur magis potens Pompeius
quam Cesar sed pugna maxime omnium potuit Cesar, ex quo appa
ret eiusdem positivi quod est magnum comparativum esse ma
gis, cuius superlativum est maxime. Quod cum ita sit, ut ma
gis et positivum resolui comparativum Priscianus voluit, caveret certe
ris que eundem usum prestant, fortior plus fortis, vehemen
tius fortis, validius fortis, et que sunt huiusmodi. Opinor quod non
putabat hoc esse comparativum eo quod a voce comparativi recessisset,
aut si putabat absurdum videbat comparativum resolui cum
positivo cum presertim ipsum magis more aliorum comparati
vorum resolvendum sit, quod fieri nequit, quale est si dicam
quod est istorum magis edificium aut quod validius absurdum
id dixi quibusdam videri posset si resolvam magis magis ma
gnum et validius magis validum. Adde quod sicut resolvit com
parativum per magis sic debuit superlativum per maxime fortissimorum
grecorum Achilles maxime fortis grecorum non autem
super omnes grecos fortis. Nam hoc modo supra se fortis erit
quod fieri nequit, tamen sine apposito fortissimus Hercules.

Que sit differentia inter comparativum et superlativum. Capitulum
18. sunt comparativi et superlativi ea imprimis que apud gre
cos dicta est quod comparativum refert ad unum, superlativum
ad plura. Quod reprehendit Priscianus, ingens sit at
comparatio vel ad unum vel ad plures tam sui generis quam
alieni, quamvis greci honoris causa sive gentis magis quam
veritatis ratione dicant non posse ad multos sui generis
fieri comparationem. Alii autem dicunt hanc esse rationem propter
quam non utuntur tali comparatione quod cum ad plures sui generis
fit comparatio superlativo possimus uti, ut fortissimus grecorum
Achilles. Sed superlativus multo alios excellere significat, com
parativus vero paruo superante demonstrare. Unde etiam
diminutionem iure accepit apud nos nauticulus minusculus
teste Prisciano. A quo tam pro grecis quam pro latinis dissentio. Nam
quero a Prisciano quoniam modo distinguerent greci sensum compa
rativi a sensu superlativi, cum ipsi quoque comparatio genitivum tribuant
nisi hac ratione ut hic ad unum ille referat ad plura. Loquor
quotiens comparatio fit ad eos qui sunt eiusdem generis. Nam ad
eos qui sunt alieni utuntur genitivo pro comparativo cum ablativo
careant. Cum dico comparationem more Prisciani tam comparativum
quam superlativum intelligi volo. Atqui apud latinos ista ambiguitas
non est quia comparatio ablativum tribuimus. De hoc pauloque respon

dedo. Tamen tanti momenti illa est grecorum ratio ut cum
latini ad formam grece constructionis utuntur, sunt hoc est
ut cum genitivo iungerent comparativum utique inter duo. Nam super
lativum non est dubium habere locum inter plura ut Aiacum for
tior fuit Thelamonius manu est dexter. Si vero tres Aiaces fu
issent diceremus non fortior sed fortissimus, sicut digitorum lon
gissimus (non longior) est medius. Horatius: O maior iuvenum
inquit ad duos enim priores filios patremque scribebat. Ovi
dius in [...] que duos filios habuit cum minor e pueris
iussus studio quoque videndi constiterit ad gemina limina prima
foris. Et Cesar suus alius pro Cesare in commentariis decimo. In
testamento Ptholomei patris heredes erant scripti ex duobus
filiis maior et ea que etate antecedebat. Ideo maior Aiax
et minor, ille Thelamonius, hic Oilei filius. Maior et minor
Atrides, ille Agamemnon, hic Menelaus. Maior Catho et
minor, maior et minor Scipio de duobus Africanis. Maior
[...]cus et minor sive superior et posterior. Nam quibus significamus
non dignitatem maiorem minoremve. De malis tamen non
maior et minor dicimus ut Dionisius inferior et Dionisius
superior, quamvis cum superat non per comparativum sed per positivum
aut superlativum loquimur ut magnus Alexander, magnus Pom
peius, Fabius maximus, Valerius maximus. Et hec grecorum
ratio in quo nobis cum illis convenit ad unum sui generis uten
dum est comparativo, ad plures superlativo. Ideoque curiosissimus
in loquendo et candidissime Servius in Saturnalibus modo
non probat ubi dixit: age Servi non solum adolescentium
qui tibi equevi sunt, senum quoque omnium doctissime. Nonne
cum eiusdem generis adolescens cum senibus non aliter
quam si dicam ego sum doctissimus Romanorum et Carthagi
niensium, si Romanus sum tollendum Carthaginensium, si car
thaginensis tollendum est Romanorum, si neuter utrumque
male inquit. Quid autem ad plures diversi generis? Nempe
nos qui sextum casum habemus similiter genitivo hunc
adhibemus ut Achilles Troianis fortior fuit et ego sum doctior
Carthaginensibus qui non sum doctissimus Romanorum. Et
tu doctior es senibus et iuvenum longe doctissimus. Greci
eodem genitivo utuntur ut sit hec differentia superlativum ad plura sui
generis, comparativum ad plura diversi generis comparari. Quod
Priscianus reprehendit volens illam differentiam inter hos tradere
esse. Sed hanc quod superlativus multum comparativus paruum excelle
significat. Quare ratio (preter quam quod satis defendi opinionem

© Stadtbibliothek Ulm, 2008. Signatur: HS 6720;

zu Bild Nr.
015
013
019
009
024
004
064
114
Ende
Anfang